

tore peti videtur, quia mandati iudicio redditurus est eis quod ii pro eo solverint. Qua ratione, etsi de non petenda pecunia pactus quis cum reo fuerit, placuit perinde succurrendum esse per exceptionem pacti conventi illis quoque qui pro eo obligati essent, ac si cum ipsis pactus esset ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quedam exceptiones non solent his accommodari. Ecce enim debitor, si bonis suis cesserit, et cum eo creditor experiat, defenditur per exceptionem nisi bonis cesserit; sed hæc exceptio fidejussoribus non datur: ideo scilicet, quia qui alios pro debitore obligat, hoc maxime prospicit ut, cum facultatibus lapsus fuerit debitor, possit ab iis quos pro eo obligavit, suum consequi.

TIT. XV.

DE INTERDICTIS 1

Sequitur ut dispiciamus de interdictis,

Suo actionibus quæ pro his exercentur.

Erant autem interdicta, formæ atque conceptiones verborum quibus prætor aut iubeat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tunc maxime facebat, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contentebatur.

§ 1. Summa autem divisio interdictorum hæc est, quod aut prohibitoria sunt, aut restitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibus vetat aliquid fieri: veluti vim sine vitio possidenti, vel mortuum inferenti quo ei jus erat inferendi; vel in sacro loco edificari; vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur. Restitutoria sunt, quibus restitui aliquid jubet: veluti, bonorum possessori possessionem eorum quæ quis pro herede aut pro possessore possidet ex ea hereditate; aut cum jubet ei qui vi possessione fundi dejectus sit, restitui possessionem. Exhibitoria sunt per quæ jubet exhiberi: veluti, eum cujus de libertate agitur, aut libertum cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberis qui in potestate ejus sunt. Sunt tamen qui putant proprie interdicta ea vocari quæ prohibitoria sunt, quia interdicitur est denuntiare et prohibere; restitutoria autem et exhibitoria, proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari, quia inter duos dicuntur. — § 2. Sequens divisio interdictorum hæc est, quod quedam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quedam retinendæ, quedam recuperandæ. — § 3. Adipiscendæ possessionis causa interdictum accommodatur bonorum possessori, quod appellatur quorum bonorum. Ejusque vis et potestas hæc est, ut quod ex iis bonis quisque quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possidet, id ei cui bonorum possessio data est restituere debeat. Pro herede autem possidere videtur, qui putat se heredem esse; pro possessore is possidet, qui nullo jure rem hereditariam vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictum, quia ei tantum utile est qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem amiserit eam, hoc interdictum ei inutile est. Interdictum quoque quod appellatur Salvianum, adipiscendæ possessionis causa comparatum est: eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset. — § 4. Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta uti possidetis et utrubi, cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia sit, et ante queritur uter ex litigatoribus possidere, et uter petere debeat. Namque nisi ante exploratum fuerit utrius eorum possessio sit, non potest petitoria actio institui; quia et civilis et naturalis ratio facit, ut alius possideat, alius a possidente petat. Et quia longe commodius est possidere potius quam petere, ideo plerumque et fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum autem possidendi in eo est quod, etiamsi ejus res non sit qui possidet, si modo actor non poterit suam esse probare, remanet suo loco possessio: propter quam causam, cum obscura sunt utriusque jura, contra petentem iudicari solet. Sed interdictum uti possidetis de fundi vel ædium possessione contentiditur; utrubi vero interdictum, de rerum mobilium poss-

sessione: quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. Nam uti possidetis interdictum vinebat, qui interdicti tempore possidebat: si modo nec vi nec clam nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem, etiamsi alium vi expulerat, aut clam abripuerat alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem ut sibi possidere liceret. Utrubi vero interdictum vinebat, qui majore parte ejus anni nec vi nec clam nec precario ab adversario possidebat. Hodie tamen aliter observatur. Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata est: ut ille vincat, et in re soli et in re mobili, qui possessionem nec vi nec clam nec precario ab adversario litis contestata tempore detinet.

§ 5. Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed et si ejus nomine aliquis in possessione sit, licet is ejus juri subiectus non sit, qualis est colonus et inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis, aut quibus commodaverit, ipse possidere videtur; et hoc est quod dicitur, retinere possessionem posse alique per quemlibet qui ejus nomine sit in possessione. Quinetiam animo quoque retineri possessionem placet, id est, ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque ejus nomine alius, tamen si non derelinquenda possessionis animo, sed postea reversurus inde discesserit, retinere possessionem videatur. Adipisci vero possessionem per quos aliquis potest, secundo libro exposuimus. Nec ulla dubitatio est quin animo solo adipisci possessionem nemo potest. — § 6. Recuperandæ possessionis causa solet interdicti, si quis ex possessione fundi vel ædium vi dejectus fuerit. Nam ei proponitur interdictum unde vi, per quod is qui deiecit, cogitur ei restituere possessionem; licet is ab eo qui deiecit, vi vel clam vel precario possidebat. Sed ex constitutionibus sacris, ut supra diximus, si quis rem per vim occupaverit, si quidem in bonis ejus est, dominio ejus privatur; si aliena, post ejus restitutionem etiam æstimationem rei dare vim passo compellitur. Qui autem a iure de possessione per vim deiecerit, tenetur lege Julia de vi privata, aut de vi publica: sed de vi privata, si sine armis vim fecerit; sin autem cum armis eum de possessione expulerit, de vi publica. Armorum autem appellatio non solum scuta et gladios et galeas significari intelligimus, sed et fustes et lapides. — § 7. Tertia divisio interdictorum hæc est, quod aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus est: qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria. Namque actor est, qui desiderat aut exhiberi aut restitui; reus est is a quo desideratur ut restituatur aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplicia. Simplicia sunt, veluti cum prohibet prætor in loco sacro vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri: nam actor est, qui desiderat ne quid fiat; reus est, qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt, veluti uti possidetis interdictum, et utrubi. Ideo autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus vel actor intelligitur, sed utriusque tam rei quam actoris partes sustinet. — § 8. De ordine et veteri exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere. Nam quoniam extra ordinem jus dicitur (qualia sunt hodie omnia iudicia), non est necesse reddi interdictum; sed perinde iudicatur sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.

TIT. XVI.

DE POENA TEMERE LITIGANTUM.

Nunc admonendi sumus, magnum curam egisse eos qui jura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent: quod et nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas tam ægentium quam eorum cum quibus ageretur, modo pecuniaria, modo jurijurandi religione, modo infamiae metu coercetur.

§ 1. Ecce enim jusjurandum omnibus qui conveniuntur, ex constitutione nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius juraverit quod putans sese bona instantia uti ad contradicendum pervenit. At adversus incipientes, ex quibusdam causis, dupli vel tripli actio constituitur: veluti, si damni injuriæ aut legatorum lo-

40. L. 7, in pr. D. de except. — 41. L. 15, C. de bonis auct. judic. possid.; L. 17, in pr. D. de recept. qui arbit. — Tr. XV. — 1. Lib. 45, D. 1. L. 8, C. 1. — 2. Inst. Gaii, IV, 159. — 3. L. 1, § 1, D. h. t. — 4. Inst. Gaii, IV, 140, 142. — 5. L. 1, in pr. et § 5, D. de mort. infer. — 6. Inst. Gaii, IV, 140. — 7. Id. IV, 159, 140. — 8. L. 2, § 3, D. h. t. — 9. Inst. Gaii, IV, 143. — 10. D. et C. quorum bonor. — 11. L. 11, in pr. D. de hered. petit.; L. 35, § 1, D. de usurp. et usucap. — 12. L. 11, § 1, L. 12, L. 13, in pr. et § 2, D. de hered. petit. — 13. Inst. Gaii, IV, 144. — 14. L. 2, § 1, in med. D. h. t., et L. ult. D. de Salviano interdicto. — 15. Inst. Gaii, IV, 147. — 16. L. 57, § 1, D. de oblig. et act. — 17. L. 5, C. h. t. — 18. Inst. Gaii, IV, 148. — 19. L. 62, D. de judic. — 20. L. 1, § 1, D. de superficie; — 21. L. fin. D. de acquir. vel amit. possess.; L. fin. C. de rei vind.; L. 128, in pr. D. de reg. jur. — 22. L. 1, § 1, et § 8, D. uti possid.; — 23. L. 1, § 1, in pr. D. cod. — 24. L. un. in pr. D. utrubi; L. 156, D. de verb. sign.; — 25. Inst. Gaii, IV, 149, 150. — 26. d. L. un. § 1, D. utrubi. — 27. L. 1, § 2, D. uti possid.; — 28. L. 9, D. de ad-

quirit. vel amitend. posses. — 29. L. 8, L. 44, in fin. D. cod. — 30. Titulo per quas personas — 31. L. 3, § 1, L. 50, § 5, D. de acquir. vel amit. possess. — 32. Inst. Gaii, IV, 155. — 33. L. 1, § 1, D. de vi et vi armata; L. 2, C. unde vi. — 34. Inst. Gaii, IV, 154, 155. — 35. L. 7, C. cod. — 36. L. 1, § 2, D. de vi et vi armata; L. 34, D. de pena; L. 4, C. unde vi. — 37. L. 3, § 2, D. de vi et vi armata. — 38. L. 2, in pr. D. h. t. — 39. L. 13, D. de judic. — 40. L. 2, in pr. D. ne quid in loco publico; L. 1, in pr. D. de fluminib.; — 41. L. 3, § 1, D. uti possidetis. — 42. Inst. Gaii, IV, 156; 157, 158, 159, 160. — 43. Pr. supr. de successioib. sublat. — 44. L. 5, C. h. t. — 45. L. 47, § 1, D. de negot. gest. — Tr. XVI. — 1. L. 2, C. de jurjur. propt. calumn.; — 2. § 1, in fin. infr. h. t., et N. 115, c. 2, in pr. vers. et si postea. — 3. § 1, vers. ut adversus. infr. inst. — 4. L. 44, § 4, D. famil. erecis; — 5. § 2, infr. h. t. — 6. L. 2, C. de jurjur. propt. calumn.; — 7. L. 4, C. de leg. Aquil.; — 8. Inst. Gaii, IV, 171. — 9. § 26, supr. de act.; L. 46, § 7, C. de episc. et clerico.

cis venerabilibus relictorum nomine agitur. Statim autem ab initio pluris quam simpli est actio, veluti, furti manifesti, quadrupli; nec manifesti, dupli: nam ex causis his et aliis quibusdam, sive quis neget, sive fateatur, pluris quam simpli est actio. Item actoris quoque calumnia coercetur; nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur ex nostra constitutione. Utriusque etiam partis advocati jurjurandum subeunt, quod alia nostra constitutione comprehensum est. Hæc autem omnia pro veteris calumnie actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abiit; quia in partem decimam litis actores mulcabat; quod nunquam factum esse invenimus. Sed pro his introductum est et præfatum jusjurandum, et ut improbus litigator et damnus et impensas litis inferre adversario suo cogatur. — § 2. Ex quibusdam iudiciis damnati, ignominiosi sunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo; item tutelæ, mandati, depositi directis, non contrariis actionibus; pro socio quæ ab utraque parte directa est, et ob id quilibet ex sociis eo iudicio damnatus ignominia notatur. Sed furti quidem aut vi bonorum raptorum, aut injuriarum, aut de dolo, non solum damnati notantur ignominia, sed etiam pacti: et recte. Plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit. — § 3. Omnium autem actionum instituentiarum principium est ea parte edicti profisciscitur, qua prætor edicit de in jus vocando. Utiq; enim in primis adversarius in jus vocandus est, ad eum qui jus dicitur sit. Quæ parte prætor parentibus et patronis, item parentibus liberisque patronorum et patronarum hunc præstat honorem, ut non aliter liceat liberis libertisque eos in jus vocare, quam si id ab ipso prætore postulaverint et impetraverint; et si quis aliter vocaverit, in eum poenam solidorum quinquaginta constituit.

TIT. XVII.

DE OFFICIO JUDICIS.

Superest ut de officio judicis dispiciamus. Et quidem imprimis illud observare debet iudex, ne aliter iudicet quam quod legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est.

§ 1. Ideoque si noxali iudicio adductus est, observare debet ut, si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare: *Publium Mævium Lucio Titio decem aureos condemnato, aut noxam dedere.* — § 2. Et si in rem actum sit: sive contra petentem iudicaverit, absolvere debet possessorem; sive contra possessorem, jubere eum debet ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget in presentem se restituere posse, et sine frustratione videbitur restituendi causa petere, indulgendum est ei: ut tamen de litis æstimatione caveat cum fidejussore, si intra tempus quod ei datum est non restituisset. Et si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus inter venire in singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum quoque culpa sua possessor non perceperit, in utraque actione eadem ratio pene habetur, si predo fuerit. Si vero bona fide possessor fuerit, non habetur ratio consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatum autem petitionem, etiam illorum fructuum ratio habetur qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt. — § 3. Si ad exhibendum actum fuerit, non sufficit si exhibeat rem is cum quo actum est; sed opus est ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut eam causam habeat actor quam habiturus esset, si cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res fuisset. Ideoque si inter moras usucapta sit res a possessore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum mediæ temporis, id est, ejus quod post acceptum ad exhibendum iudicium ante rem iudicatum intercessit, rationem habere debet iudex. Quod si neget is cum quo ad exhibendum actum est, in presentem exhibere posse, et tempus quo exhibendi causa petat, idque sine frustratione postulare videatur, dari ei debet: ut tamen caveat se restituatur. Quod si neque statim iussu judicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id quod actoris intererat ab initio rem exhibitam esse. — § 4. Si in familie ereiscunda iudicio actum sit, singulas res sin-

gulis hereditibus adjudicare debet; et si in alterius persona prægravare videatur adjudicatio, debet hunc invicem coheredi certa pecunia, sicut jam dictum est, condemnare. Eoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est, quod solus fructus hereditarii fundi percipit, aut rem hereditariam corruperit, aut consumperit. Quæ quidem similiter inter plures quoque quam duos coheredes subsequuntur. — § 5. Eadem interveniunt, et si communi dividendo de pluribus rebus actum fuerit. Quod si de una re, veluti fundo: si quidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat, partes ejus singulis adjudicare debet, et si unus pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri condemnandus est. Quod si commode dividi non possit, veluti homo forte aut malus erit de quo actum sit, tunc totus uni adjudicandus est, et is invicem alteri certa pecunia condemnandus. — § 6. Si finium regundorum actum fuerit, dispicere debet iudex an necessaria sit adjudicatio: quæ sane uno casu necessaria est, si evidentioribus finibus distingui agros commodius sit, quam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est ex alterius agro partem aliquam alterius agri domino adjudicari: quo casu, conveniens est ut is alteri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque nomine damnandus est quisque hoc iudicio, quod forte circa fines aliquid malitiose commisit, verbi gratia, quia lapides finales furatus est, vel arbores finales cecidit. Contumacia quoque nomine quisque eo iudicio condemnatur, veluti si quis jubente iudice metiri agros passus non fuerit. — § 7. Quod autem istis iudiciis alicui adjudicatum sit, id statim ejus fit cui adjudicatum est.

TIT. XVIII.

DE PUBLICIS JUDICIIS 1.

Publica iudicia neque per actiones ordinantur, neque omnino quidquam simile habent cum ceteris iudiciis de quibus locuti sumus; magnaque diversitas est eorum et in instituendis et in exercentis.

§ 1. Publica autem dicta sunt, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur. — § 2. Publicorum iudiciorum quedam capitalia sunt, quedam non capitalia. Capitalia dicimus, quæ ultimo supplicio afficiunt, vel aquæ et ignis interdictione, vel deportatione, vel metallo. Cetera, si quam infamiam irrogant cum damno pecuniario, hæc publica quidem sunt, non tamen capitalia. — § 3. Publica autem sunt hæc: lex Julia majestatis, quæ in eos qui contra imperatorem vel rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Hujus pena animæ amissionem sustinet, et memoria rei etiam post mortem damnatur. — § 4. Item lex Julia de adulteriis coercendis, quæ non solum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, sed et eos qui cum masculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Julia etiam stupri flagitium punitur, cum quis sine vi vel virginem vel viduam honeste viventem stupraverit. Poenam autem eadem lex irrogat peccatoribus, si honesti sunt, publicationem partis dimidia bonorum; si humiles, corporis coercionem cum relegatione. — § 5. Item lex Cornelia de sicariis, quæ homicidas ultore ferro persequitur, vel eos qui hominis occidendi causa cum telo ambulat. Telum autem, ut Gaius noster in interpretatione legum duodecim tabularum scriptum reliquit, vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur; sed et omne significatur quod manu ejusdam mittitur. Sequitur ergo ut lapis et lignum et ferrum hoc nomine continentur: dictumque ab eo quod in longinquum mittitur, a græca voce απο του τριου. Et hæc significationem invenire possumus et in græco nomine. Nam quod nos telum appellamus, illi βελες appellant απο του βαλλεσται. Admonet nos Xenophon; nam ita scribit: και τα βελη, εμου εφεροσα, λοχηται, τοξουμασα, σφενδονα, πλειστοι δε και ληβοι. Sicarii autem appellantur a sica, quod significat ferreum cultrum. — Eadem lege et venefici capite damnantur, qui artibus odiosis tam veneni quam susurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice venderint. — § 6. Alia deinde lex aspernum crimen nova poena persequitur, quæ Pompeia de parricidiis vocatur. Quæ cavetur ut, si quis parentis aut filii, aut omnino adfectionis ejus quæ nuncupatione parricidii continetur, fata propperaverit,

— 14. L. 11, in fin. D. de jurisd.; L. 2, in fin.; L. 3, D. fin. regund.; L. 55, D. famil. erecis.; L. 3, vers. eum autem. C. commun. divid. — 15. L. 4, § 4, D. fin. regund. — 16. L. 17, D. de usurp. et usucap. — Tr. XVIII. — 1. Lib. 48, D. 1. — 2. L. 2, in pr.; L. 11, in pr. D. de accusa; L. 1, § 1, D. de privat. delict.; L. 7, § 1, vers. est hoc verum, D. de injur.; — 3. L. 43, § 10, D. de ritu nupt. et C. de his qui accus. non poss. et L. 8, § 9, D. de accusat. — 4. L. 2, D. h. t. — 5. L. 3, D. et tot. tit. C. ad leg. Jul. majest. — 6. L. 5, D. de questionib.; L. 13, D. de his que ut indignis; L. 4, § 7, D. de re militari, adde L. 14 et 18, D. de testibus; L. 20, § 6, D. qui testamenta facere possunt. — 7. N. 145. — 8. N. 141. — 9. L. 6, § 1, D. ad legem Juliam de adult. — 10. Vide tamen L. 1, § 1, ult. D. de extraordin. criminib.; — 11. L. 1, D. ad L. Cornel. de sicar. — 12. L. 7, C. cod. — 13. L. 11, § 1, D. ad L. Jul. de vi publi.; L. 253, § 2, D. de verb. sign.; — 14. L. 3, in pr. D. ad L. Cornel. de sicar. — 15. L. un. C. de his qui parent. vel liber. occiderunt.

sive clam sive palam id ausus fuerit; nec non is cuius dolo malo id factum est, vel conscius<sup>16</sup> criminis existit, licet extraneus sit, pœna parricidii puniatur, et neque gladio neque ignibus neque ulla alia solemnî pœna subiciatur<sup>17</sup>: sed insutus culeo cum cane et gallo gallinaceo et vipera et simia, et inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem projiciatur; ut omnium elementorum usu vivus carere incipiat, et ei oclum superstiti et terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione<sup>18</sup> vel affinitate personas conjunctas necaverit, pœnam legis Corneliæ de sicariis sustinebit. — § 7. Item lex Cornelia de falsis, quæ etiam testamentaria vocatur, pœnam irrogat ei qui testamentum<sup>19</sup> vel aliud instrumentum falsum scripserit<sup>20</sup>, significaverit, recitaverit, subjecerit; quive signum<sup>21</sup> adulterinum fecerit, sculpsit, expresserit sciens dolo malo. Ejusque legis pœna in servos ultimum supplicium est (quod etiam in lege de sicariis et beneficiis servatur); in liberos vero, deportatio<sup>22</sup>. — § 8. Item lex Julia de vi publica seu privata adversus<sup>23</sup> eos exoritur, qui vim vel armatam vel sine armis commiserint. Sed si quidem armata vis redarguatur, deportatio<sup>24</sup> ei ex lege Julia de vi publica irrogatur; si vero sine armis, in tertiam<sup>25</sup> partem bonorum publicatio imponitur. Sin autem per vim raptus<sup>26</sup> virginis

16. L. 1, D. ad leg. Pomp. de parricid. — 17. L. 9, in pr. D. eod. — 18. d. L. 9, § 1. — 19. L. 14, C. ad leg. Cornel. de fals. — 20. L. 5, § 9, D. de injur. — 21. L. 50, in pr. D. ad L. Cornel. de fals. — 22. L. 3, § pen. D. ad L. Cornel. de sicar. — 23. L. 153, in pr. D. de reg. jur. — 24. L. 10, in fin. D. ad L. Jul. de vi publ. *adde* L. 2, § 1, D. de pan. — 25. L. 1, in pr.; L. ult. D. ad L. Jul. de vi privata. — 26. L. unic. C. de rapt. virg. — 27. L. 1,

vel viduæ vel sanctimonialis vel alterius fuerit perpetratus, tunc et peccatores et ii qui opem flagitio dederunt, capite puniuntur, secundum nostræ constitutionis definitionem ex qua hoc apertius est scire. — § 9. Item lex Julia<sup>27</sup> peculatus eos punit, qui pecuniam vel rem publicam, vel sacram<sup>28</sup> vel religiosam furati fuerint. Sed si quidem ipsi iudices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali<sup>29</sup> animadversione puniantur; et non solum hi, sed etiam<sup>30</sup> qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas ab his scientes susceperint. Alii vero qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis subjungantur.

§ 10. Est et inter publica judicia lex Fabia de plagiariis<sup>31</sup>, quæ interdum<sup>32</sup> capitis pœnam ex sacris constitutionibus irrogat, interdum leviozem. — § 11. Sunt præterea publica judicia, lex Julia de ambitu<sup>33</sup>, lex Julia repetundarum<sup>34</sup>, et lex Julia de annona<sup>35</sup>, et lex Julia de residuis<sup>36</sup>: quæ de certis capitulis loquuntur, et animæ quidem amissionem non irrogant, aliis autem pœnis eos subiciunt qui præcepta earum neglexerint. — § 12. Sed de publicis judiciis hæc exposuimus, ut vobis possibile sit summo digito et quasi per indicem ea tetigisse: alioquin diligentior eorum scientia vobis ex latioribus Digestorum seu Pandectarum libris, Deo propitio, adventura est.

D. ad L. Jul. pecul. — 28. d. L. 1. — 29. L. 3, L. 10, § 1, D. ad L. Jul. pecul. — 30. L. un. C. de crim. pecul. *postea abrogat.* N. Leonis 105. — 31. L. 13, C. ad L. Fabiam de plagiar. — 32. L. ult. D. et L. ult. C. ad L. Fab. de plagiar. — 33. D. et C. ad L. Jul. de ambitu. — 34. D. et C. ad L. Jul. repetund. — 35. D. ad L. Juliam de annona. — 36. L. 2, D. ad L. Jul. pecul.

JUSTINIANI INSTITUTIONUM FINIS.

D. JUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

DIGESTORUM,

SIVE

PANDECTARUM JURIS ENUCLEATI

EX OMNI VETERE JURE COLLECTI

LIBRI QUINQUAGINTA.

PRÆFATIONES.

I. DE CONCEPTIONE DIGESTORUM AD TRIBONIANUM.

*Imperator Cæsar, Flavius, JUSTINIANUS, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus, Triboniano quaestori suo, salutem.*

Deo<sup>1</sup> auctore nostrum gubernante imperium, quod nobis a cœlesti majestate traditum est, et bella feliciter peragimus, et pacem decoramus, et statum reipublicæ sustentamus: et ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus adiutorium; ut neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed cœnem spem ad solam referamus summæ providentiæ Trinitatis, unde et mundi totius elementa processerunt, et eorum dispositio in orbem terrarum producta est.

§ 1. Cum itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus invenitur, quam<sup>2</sup> legum auctoritas, quæ et divinas et<sup>3</sup> humanas res bene disponit, et omnem iniquitatem expellit: reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab urbe Roma condita et Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut [in] infinitum extendatur, et nullius humanæ naturæ capacitate concludatur: primum nobis fuit studium, a sacratissimis retro principibus initium sumere, et eorum Constitutiones emendare, et viæ dilucide tradere: quatenus in unum Codicem congregate, et omni supervacua similitudine, et iniquissima discordia absolutæ, universis hominibus promptum suæ sinceritatis præbeant præsidium. — § 2. Hocque opere consummato, in uno volumine, nostro nomine præfulgente, coadunato: cum ex paucis et tenuioribus relevati ad summam et plenissimam juris emendationem pervenire properarem, et omnem romanam sanctionem et colligere, et emendare, et tot auctorum dispersa volumina uno Codice indita ostendere, quod nemo [alius] neque sperare, neque optare ausus est: res quidem nobis difficillima, imo magis impossibilis videbatur, sed manibus ad cælum erectis, et æterno auxilio invocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo freti, qui et res penitus desperatas donare, et consummare suæ virtutis magnitudine potest. — § 3. Et ad tuæ sinceritatis optimum respeximus ministerium: ubique primo et hoc opus commisimus, ingenii tui documentis, ex nostri Codicis ordinatione acceptis: et jussimus, quos probaveris tam ex facundissimis antecessoribus, quam ex viris disertissimis togatis fori amplissimæ sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, et in nostrum palatium introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus: ita tamen, ut tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur. — § 4. Jubemus igitur vobis antiquorum prudentium<sup>4</sup>, quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes præbuerunt, libros ad jus romanum

1. L. 1, C. de veter. jure enucl. — 2. *Adde* L. 1, L. 2, D. de leg. N. 164, in pr. et Leonis 56. — 3. L. 10, § fin. D. de just. et jure. — 4. L. 2, § 17, vers. et ut obiter. D. de orig. jur.

pertinentes et legere, et elimare: ut ex his omnis materia colligatur, nulla, secundum quod possibile est, neque similitudine, neque discordia derelicta: sed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus sufficiat. Quia autem et alii libros ad jus pertinentes scripserunt: quorum scripturæ nullis auctoribus receptæ, nec usitatæ sunt, neque nos eorum volumina nostram inquietare dignamur sanctionem. — § 5. Cumque hæc materia summa nostri numinis liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere extruere, et quasi proprium et sanctissimum templum justitiæ consecrare: et in libros quinquaginta, et certos titulos totum [jus] digerere, tam secundum nostri constitutionem Codicis, quam edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis commodius esse paluerit: ut nihil extra memcratam consummationem possit esse derelictum: sed his quinquaginta libris totum jus antiquum per millesimum et quadringentesimum pene annum confusum, et a nobis purgatum quasi quodam muro vallatum nihil extra se habeat: omnibus auctoribus juris æqua dignitate pollentibus, et nemini quadam prærogativa servanda: quia non omnes in omnia, sed certi per certa vel meliores, vel deteriores inveniuntur. — § 6. Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius et æquius est judicatore: cum possit [unius] forsitan et deterioris sententia et multas et majores in aliqua parte superare. Et ideo ea quæ antea in notis Æmilii Papiniani ex Ulpiano et Paulo, necnon Marciano adscripta sunt, quæ antea nullam vim obtinebant propter honorem splendidissimi Papiniani, non statim respuere: sed si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum, vel interpretationem necessarium esse perspexeritis, et hoc ponere legis vicem obtinens non moremini: ut omnes qui relati fuerint in hunc Codicem prudentissimi viri habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus Constitutionibus profecta, et nostro divino fuerant ore profusa: omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas: nam qui [non] subtiliter factum emendat, laudabilior est eo qui primus invenit. — § 7. Sed et hoc studiosum vobis esse volumus: ut si quid in veteribus non bene positum libris inveniatis, vel aliquid superfluum, vel minus perfectum, [supervacua] longitudine semota, et quod imperfectum est, repleatis, et omne opus moderatum et quam pulcherrimum ostendatis. Hoc etiam nihilominus observando: ut, si aliquid in veteribus legibus vel Constitutionibus, quas antiqui in suis libris imposuerunt, non recte scriptum inveniatis, et hoc reformetis, et ordini moderato tradatis; ut hoc videatur esse verum, et optimum, et quasi ab initio scriptum, quod a vobis electum, et ibi positum fuerit. Et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. Cum enim lege antiqua, quæ regia<sup>5</sup> nuncupabatur, omne jus

— 5 § 6, Inst. de jure naturali, gent. et civili: L. 1, in pr. D. de constitut. princip.